

in quo reperiuntur, quædam dixisse,
haud absurdum & inconveniens fore pu-
tavi.

CAPUT. II.

DE SALUBRITATE AERIS JENENSIS.

§. 1.

Cum hactenus quidam, de Salubri-
tate Aëris nostri dubitaverint, cau-
sa fuit, cur in *hoc fossilium libro*,
aërem Jenensem ab insalubritate vindi-
cem. Quia vero ad institutum meum
non pertinet, obiter & brevissime de aëre
agam. Ut autem aëris nostri temperatis-
sima salubritas evidentior probari possit,
qualitates aëris noxii varias, & salubri no-
stro aëri contrarias, paucis recensebo, ita,
ut ex contrariis juxta se positis, argumen-
ti veritas clarius elucescat.

§. 2. *Humidum aërem aquosis exha-
lationibus, crassioribus impurioribusque
moleculis gravidum esse; aëris ætherem
humi-*